



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XXV. V. liceat absq[ue] facultate proprij Parochi laborantis aliquo vitio, ita  
vt non satis tutum sit illi exponere peccatum, alteri confiteri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

cramentum Confessionis est institutum in peccatorum remissionem. Qui igitur absolvitur, nulla habet peccata mortalia. Quare nec potest cogi ad Confessionem.

Quā magna autem Religiosi huiusmodi habeant priuilegia, hoc facilē est videre in eorum diplomatibus, quæ diuersa à diuersis Pontificibus impetrarunt, vt ab Alexandro quarto, Vrbano quarto, Ioanne Vigesimo secundo.

*Licetne absque facultate proprij Paro-  
chi, laborantis aliquo vitio, ita ut non  
satis tutum sit exponere illi pec-  
atum, alteri confiteri?*

*Quæstio  
XXV.*

**S**ola culpa proprij Sacerdotis, cui scilicet *Respoſio.*  
periculosum est cōfiteri, quia vel est Cō-  
fessionum detector, vel solicitator poeniten-  
tium ad malum, nō facit ius subdito, vt abs-  
que eius obtenta licentia, alium adire valeat  
Confessarium, & ratio est; quia nullus alijs  
propter illam solam nequitiam iurisdictio-  
nem acquirit absoluendi, nec subditus illam  
potest ei tribuere, & absq; iurisdictione nul-  
la est Absolutio.

DE INDE, periculosum etiam foret, si  
quacunq; ex cauſā cuilibet, deserto suo Paro-  
cho, alteri confiteri liceret, & totum per-  
turbaret ordinem Ecclesiasticum, cūm hac  
ratione quilibet facilē contra suum Paro-

L 5 chum

## *Caput VI. De Ministro*

chum comminisci aliquid posset, ut hoc colore quæsito, ius, alium Confessarium querendi, sibi compararet.

In hoc ergo casu subditus ille nemini debet confiteri, sed perinde censere, ac si nullā haberet copiam Sacerdotis: Nam profectō necessitas illa non est maior; quām si proprius Sacerdos abiret, aut moreretur. Cū ergo tūc sine licentia Superioris nemini confiteri possit; idem est censendum, quando est periculum illi confitendi.

*Quæstio Licetne ei confiteri, quo cum peccatum commissum est?*

*Respoſio.* **L**icit quidem scrutatis seruandis, & esse potest fructuosa talis Confessio, quamquam erubescencia non esset tanta, quanta, si Confessio fieret alteri; quin etiam vix potest impudentia, & impudicitia excusari, quia appareret colloquium illi simile, quod sit extra Confessionem. Vbi verò periculū est excitandi & irritandi illecebram: Exempli gratia, vt si quicunq; peccator suo complici, vel concubina suo concubinario Sacerdoti confiteatur, sacrilegium etiam est impudentissimum; ideoque propter aliorum scandalum talis Confessio vix fieri potest.

*Datne*